



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Christ. Francisci Paullini, Ferrariâ-Thuringi, Rerum Et
Antiquitatum Germanicarum Syntagma**

Paullini, Christian Franz

Francofvrti ad Moenvm, 1698

Appendix Exhibet Aliqvot Literas Et Bullas, Historiam Hanc Illustrantes Et
Confirmantes.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44860

1518. bore injurijs & molestias reportavit. (z) AC. MDXVIII. *Sigmundus, Georgii*
Sigmund. nostri Filius, duxit, ex speciali dispensatione Apostolica, *Heinrici Junioris*
Reus & Domini in Cranchfeld filiam *Margaretham.* (a)

APPENDIX

EXHIBET ALIQVOT LITERAS ET BULLAS, HISTORIAM
 HANC ILLŪSTRANTES ET CONFIRMANTES.

I. STATUTA WERNERI MONASTICA. 1280.

Mandat igitur Wernerus

- (1) I. **U**T scholares claustrales, qui, ipsius voce, *emancipandi*, i. e. manumit-
 tendi, seu ad sublimiora studia deducendi, & DEO ac Ecclesiæ sa-
 crandi sunt, statis tribus horis, mane, meridie & vesperi, orationibus con-
 fvetis intersint, nec non cantionibus quinque psalmodiarum gradualium,
 primi semper in ordine.
- (2) II. In convivio, seu refectorio frequenter, non tamen semper,
 comedant, ut mores & disciplinam monasticam addiscant, sacrisque lectioni-
 bus ubique attendant, finitæque cœnæ, seu prandio, more sveto Psalm. LI. *Mis-*
serere mei DEUS &c. cum ceteris scholaribus (qui adhuc sub ferula ge-
 munt) decantent, sicque ad chorum procedant.
- (3) III. Privatis diebus stent cum Monachis ad pulpitem in templo: per
 hebdomadam, cuique à Superiori assignatam, quilibet pulset campanas, nec
 minus

(z) Meminit hujus decimæ chron. Huysburg. à Meibom. edit. T. II. rer. Germ. p. 539.
 sed perperam vocat Ecstorp. Ceterum cum in isto chronico facta Hermannii parcius re-
 ferantur, supplebimus ea è fastis monasticis. Hermannus Eicken, de Unna promorus
 anno 1506. Cisternam secundam circa liguram in horto fieri fecit, & domum lotionis
 ibidem, & etiam refectorium laicorum, per Antecessorem suum & incendia illius regim-
 nis facta, complevit & restauravit honorifice, tabulam ad S. Catharinam & S. Andream
 fieri fecit, organum pro 250. florenis monasterio nostro procuravit anno 1512. Plana-
 tionem lapidum Ecclesiæ nostræ fundamenti fieri fecit. Ornamenta, scilicet cappam
 choralem, cum duabus dalmaticis, pretiosa tam aurea quam argentea, pro aliquot centum
 florenis emit. Monasterium in Hertzfeld, Diœces. Bremensis, cum Fratribus bonis re-
 formavit anno 1509. missis illuc Abbate, Priore & aliis religiosis. Duas majores cam-
 panas transfundi jussit. Insuper locavit apud Consularum in Goslaria 600. florenos.
 Ecclesiam de novo texit, cum pluteis novis & lapidibus scissilibus, & pavementum de calce
 in eadem superius fieri fecit: comparavit etiam decimam Eilstorpiensem. Ne nescias
 autem, Lector, quàm justè istam decimam Hermannus monasterio suo acquisiverit,
 ex annal. meis Huysburg. MS. integras literas promam. Vid. append. (a) in ead. da-
 bimus dispensationis formulam.

minùs in clauſtro poſt completorium (ut vocant) certis horis in Con-
uentu integrum annum, poſt dimiſſionem è ſchola, tribus cuſtodibus & Re-
ctoribus fideliter commiſſi aſſueſcant jugum Domini rollere, eiſque ſoli in
ſpiritu & veritate ſervire.

IV. Si quæ autem vitia, vel exceſſus, reliqui cœnobitæ in iis depre- (4)
henderint, juſſit, quantociùs eadem vel ſibi, aut Priori indicari, ut ritu mo-
naſtico reſecentur & emendentur.

V. Nefas & religio ipſis ſit cum parentibus, ſi fortè Monaste- (5)
rium acceſſerint, fabulari, ſed intra clauſtrum manean, ut diſcant: *CVR*
HIC?

VI. Cum pueris ſcholasticis in dormitorium circa meridiem, & poſt (6)
completorium decenter ſe recipiant. Et poſt hoc ſacris lectionibus & ho-
neſtis ſtudiis diligenter incumbant.

Has conſtitutiones *Wernerus* in nomine P. & F. & Sp. S. confirma-
vit, & contradictores, vel imperitores anathemate percuffit, cum conſenſu
Officialium & Dominorum ſuorum *Hinrici* Hospitalarii, *Otonis* Cellarii,
Johannis Camerarii, G. Cuſtodis, Abbatis *Conradi*, *Henrici* de Hornhufen,
Hervvici, *Bernardi* de Lengede, *Otonis* Judæi, *Olrici* de Hardorp &c.

II.

FUNDATIO MONASTERII S. NICOLAI, ORD. S.
DOMINICI, INTRA HALBERSTADIUM.

1289.

Vollradus, Dei gratiâ Halberſtad. Episcopus omnibus in perpetuum.
Licet omnia, quæ ad cultum divini nominis pertinent ampliandum,
promovere perpetuo ſtudio debeamus, ferventiori tamen deſiderio & fa-
vore eorum promotioni intendere volumus & debemus, qui eis, quæ ſunt
ſeculi, renunciantes, paupertatis profeſſores, quæ, teſtimonio Domini, bea-
tos efficit, & ſe totos ad obſequendum Domino contulerunt. Noverint
ergo Univerſi tam præſentes quàm futuri Chriſti fideles, Quod Nos, de vo-
luntate totius noſtri Capituli & conſenſu, curiam unam ſitam in civitate
noſtra Halberſtad, quam *Johannes Dupifer*, qui eam in feudo à Nobis ten-
nerat, dato pro eadem LXXXI. marc. pretio, Nobis liberè reſignavit,
donavimus cum omni jure, quod ad Nos ſpectabat, Sororibus *Ordinis Pra-*
dicatorum quietè & pacificè perpetuò poſſidendam. Volentes, ut dicta cur-
ria, & adhuc una, ab eis emenda, cum bonis ad eaſdem curias pertinentibus,

(Ccc) 2

ab

ab omni Advocatia, vigiliis, servitiis & exactionibus sit libera & exempta. Capella verò *Sancti Nicolai* sita in curia eadem, loco cuius monasterium potest construi, ad Sorores pertinere pleno jure debet. Vendimus etiam de consensu Capituli nostri eisdem Sororibus pro quinque marcis examinati argenti septem mansos, sitos in campo Halberstadensi, molendinum situm in civitate, juxta capellam S. Petri Apostoli, ad partem septentrionalem, & quinquaginta marcas examinati argenti de redditibus bonorum Ecclesie nostrae, ubi easdem ultra milliare unum de civitate volunt pro tempore comparare. Renunciantes omnibus, quae in praedictis, curia videlicet, mansis, molendino, ac quinque marcarum redditibus Nobis ac Ecclesie nostrae competebant, vel competere poterant in futurum. Testes hujus rei sunt Canonici nostrae Majoris Ecclesiae *Albertus* Decanus, *Günterus* Vice-Dominus, *Hermannus* portenarius, *Bertoldus* de Clettemberg, *Ludovius* de Wansleve, *Tidericus* de Hefnem, Milites, *Lüdeke* de Esbecke, *Ludolf* de Harresrode, *Bernard* de Papstorp, *Wernerus* Marschalcus, & quamplures alii fide digni. Ut autem haec omnia rata permaneant & inviolata jugiter perseverent, praesentem paginam conscribi, & sigillorum, Nostro videlicet & Capituli nostri, munimine volumus roborari. Acta sunt haec anno Domini M. CC. LXXXIX. tertio Idus Maji.

III.

BONA CARTHUSIANORUM ISNACENSIVM EMTA
RECIPIUNTUR IN TUTELAM PRINCIPUM. 1414.

In dem Namen Gottes Amen. Wenn die Schickunge unde Wercke der Lute/die in Gezyten gescheen/und gehandelt werden/mit der Zyt vergenglich unde vorgeflich syn/so ist not/das solche Dynge/sünderlichen die Gotis Dienst angehören/mit Schrifften und Brien besessent werden. Dorum Wir **FRZEDRICH WILHELM** Gebrüdere und **FRZEDRICH** der Jüngere/Landgraven in Döringen und Marggraven zu Wiffen/bekennen und thuen kum mit diesen Brieve vor Uns/alle Unfere Erben und Nachkommen/allen den/die yn sehen oder hören lesen/das Uns der Ehrwerdige Here in Gote/Here **JOHAN**/Abt des Suffers zu Sulda/myr hinc offen Brieve verkündiget hat/das er unde der obgenandte Stifte

vers

verkauft haben eines ewigen Kaufes Unfern lieben andächtigen dem
 Prior unde Convente Sente Elisebeten Husis vor Isenache gelegen/
 Carthusier Ordens/solche gute Zinse/ Gerichte und Gerechte/ als die
 derselbe Stifte bisher gehabt hat/ zu großen und wenigen Luppenize/
 Heselrade/ Bärnefeld/ Groß Harterode/ Hasringefeld/ Keiberfeld/
 und zu Burbach/ und hat Uns gebeten/ daß Wir die ehgenannten Un-
 fern andächtigen Prior und Convent Carthusier Ordens zu Isenache
 zu denselben guten schirmen/ schützen unde handhaben wullen/
 Wann Wir nu sündertlichen genehget unde gänstlichen syn demesel-
 ben Clostere Carthusier Ordens/ und daß die obengenante Gütere
 in unserm Fürstenthum unde Herschafft gelegen syn/ so haben Wir
 in die Ehre Gotis/ syner lieben Mutter Marien/ der heiligen Frouwen/
 Sente Elisebeten/ unde allen Gotis Heiligen/ unser Eytbern/ unser
 Erben und Nachkommen Seelen Seligkeit zu Troste/ den ehgenan-
 ten unsern lieben andächtigen Prior und Convente des Closters Car-
 thusier Ordens zu Isenache sündertlichen die Gnade gethan/ unde thun/
 also die obingen Gute fry unde engen des Stiffts zu Fulda gewest
 syn/ daß Wir sie by solchen Fryheiten und Eigenschafften behal-
 den/ schützen/ schirmen/ unde vertheidigen wullen/ unde sy by solchen
 Zinsen/ Renten/ und Rechten behalden unde vertheidigen/ doch mit
 Beheltnisse Unser/ Unser Erben und Nachkommen des Rechten/
 das Wir in den obengenannten Dörfern und Feldern haben/ ane aller-
 ly Argelist und G. vohree. Des zu Orkunde haben Wir Unse Fürst-
 lichen Majestat wissentlich an diesen Brief bycinander lassen hengen/
 Hieben sint gewest/ und sind Gezügen die Edeln und Gestrengen/
 Unse lieben Getruwen/ Er FRIEDRICH Grave und Here
 to Dichelingen/ Er ABRICH Grave und Herr zu Mansvelt/
 Er ABRICH Borg-Grave von Kerchberg/ Herr zu Kranch-
 felt/ Er HANS Here zu Dornfort/ Er HUBERT von Slynis/
 Er DIEHEKICH von Wizzeliden/ Er BLASSE Vik-
 thum/ Rittere/ GUNTHER von Dunaum/ und DONAD von
 Brandenstein/ Unse Hymelichen/ und andere unsere erbare Männer
 gnug. Gegeben zu Isenache nach Christi Geburten vierhundert
 darnach in dem vierzehnden Jaren am Mittwoch nach dem Sontas-
 ge/ als man singt Qualimodogeniti.

IV.

BULLA RAYMUNDI CARDINALIS, TEMPLUM
PAROCHIALE FARNRODÆ CONCERNENS, 1503.

Raymundus, miseratione divinâ Sacro-Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, titulo S. Mariæ novæ Presbyter, Cardinalis *Gurcensis*, ad universam Germaniam, Daciam, Sueciam, Norvegiam, Frisiam, Prussiam, omnesque & singulas illarum Provincias, civitates, terras & loca, etiam S. Romano Imperio in ipsa Germania subjecta, ac eis adjacentia, Apostolicæ Sedis Legatus de latere, universis & singulis Christi fidelibus præsentibus literas inspecturis, salutem in Domino sempiternam. Nostræ legationis officium tunc Nos ritè peragere credimus, cum votis Christi fidelium in Sanctissimi corporis Domini nostri JESU Christi, pro memoria amarissimæ passionis & mortis suæ, in cibum & potum populo Christiano exhibiti, debitam venerationem, & devotam ex intimis præcordiis adorationem tendentibus annuimus, ac ad ea nostri officii hujusmodi præsidio favorem præbemus oportunum. Sanè quidem ex parte Dilecti Nobis in Christo *Generosi Hartmanni*, Burggravi de *Kirchberg*, Ecclesiæ Moguntinensis Canonici, *Consilarii & Auditoris* Nostri, Nobis nuper exhibita petitio continebat, Quòd Ipse ex magno devotionis fervore summopere desideret, ut Venerabile Eucharistiæ Sacramentum in parochiali Ecclesiâ *S. Laurentii in Farnrode*, pro divini cultûs augmento, & majori Christi fidelium devotione excitanda, singulis festivitibus B. Virginis Mariæ, aliisque principalibus, pro tempore occurrentibus, singulis quoque quintis feriis, aut aliis, tam feriatis, quam Dominicis, vel festivis anni diebus, quibus forsitan aliquam solempnem processionem, devotionis causâ, in dicta parochiali Ecclesiâ ordinari contigerit, apertè in ejus monstrancia, sine velamine cum luminaribus, aliisque solempnitatibus solitis & consuetis, per ipsius Ecclesiæ circuitum ab intra, sive ab extra, processionaliter circumeundo, per modernum, suos Successores, dictæ parochialis Ecclesiæ Rectores, aut Vicarios, sive Capellanos, pro tempore existentes, deferri, aut dum Missarum solempnia de corpore Domini nostri JESU Christi in eadem Ecclesiâ decantari contigerit, ad altare hujusmodi exponi, & inibi usque ad finem divini officii detineri perpetuò possit & valeat. Et sicut eadem subjungebat petitio, si præmissa omnia & singula, nostræ Legationis auctoritate, cum aliquarum indulgentiarum elargitione, indulgerentur, profectò divinus cultus ex eo maximum sumeret incrementum. Quare pro parte ejusdem *Hartmanni Burggravi* Nobis fuit humiliter supplicatum, quatenus super præmissis licentiam benignam, & ad

& ad Ecclesiam prædictam aliquas indulgentias concedere dignaremur. Nos igitur, qui divini cultus augmentum supremis desideramus affectibus, hujusmodi devotis supplicationibus inclinati, ut Venerabile Eucharistiæ Sacramentum singulis quintis feriis ac principalibus, & B. Virginis Mariæ festivitibus, omnibusque aliis diebus prædictis, apertè in ejus monstrancia, sine velamine cum luminaribus, aliisque solemnitatibus & cerimoniis debitis & requisitis, per ipsius parochialis Ecclesiæ prædictæ circuitum ab intra, sive ab extra processionaliter, ut præfertur, deferri, & ad altare sub Missarum solemnibus de corpore Domini nostri JESU Christi pro tempore forsan decantandis, similiter absque velamine, modo præmisso exponi; nec non ex tunc, vel quotiescunque processionem prædictam fieri contigerit, in altari, ad hoc deputato, seu deputando, usque ad divini officii finem, detineri perpetuò possit & valeat; dummodò tamen idem Venerabile Sacramentum ebdomadatim non nisi semel, extra locum debitum & reservaculum consuetam, sine velamine deferatur, auctoritate Legationis nostræ, quâ fungimur in hac parte, tenore præsentium, de *specialis doni genere* indulgemus, constitutionibus & ordinationibus in synodalibus & provincialibus, editis Conciliis generalibus vel specialibus, ceterisque contrariis quibuscunque nequaquam obstantibus. Et nihilominus cupientes, ut dicta parochialis Ecclesia *S. Laurentii in Farnode*, Maguntinensis Diœcesis, congruis frequenter honoribus, & à Christi fidelibus jugiter veneretur, ac in suis structuris & ædificiis debite reparetur, conservetur, & manuteneatur, librisque, calicibus, luminaribus, & aliis ornamentis ecclesiasticis, pro divino cultu necessariis, decenter fulciatur & muniatur, in ea quoque cultus augmentetur divinus, & ut Christi fideles semper eò libentius, devotionis causâ, confluant ad eandem, & ad illius conservationem, augmentationem, & manutentionem, aliisque præmissa, manus promptius porrigant adjunctices, quò ex hoc ibidem dono uberius conspexerint se resectos, de Omnipotentis Dei misericordia ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum, Ejus auctoritate confisi, omnibus & singulis, utriusque sexus fidelibus, verè pœnitentibus & confessis, qui præfatam parochialem Ecclesiam in singulis videlicet dedicationibus templi, & per octavas Laurentii Martyris, Patroni Ecclesiæ, Pasce cum duobus sequentibus, Ascensionis, Penthecostes cum duobus sequentibus, Nativitatis Domini cum duobus sequentibus diebus, Circumcisionis, Trinitatis, Epiphaniæ, corporis Christi, & per octavas Visitationis, Assumptionis & compassionis Beatissimæ Virginis Mariæ, omnium Sanctorum, omnium animatum, ornatum Apostolorum, Sanctæ Annæ Matris Virginis Mariæ,

Mariæ, sanctarum Barbaræ, Katherinæ, Margarethæ, Appoloniz Virginum, Sanctorum Fabiani & Sebastiani, ac Georgii festivitibus & diebus, à primis vesperis usque ad secundas vespervas inclusivè, devotè visitaverint annuatim, & ad conservationem, aliaque præmissa, manus, ut præfertur, porrexerint adjunctrices, aut qui processioni cum Evcharistia Sacramento, vel delationi & expositioni prædictis, quotiens easdem fieri contigerit, interfuerint, vel quicumque Dominicis, vel festivis diebus, post elevationem corporis Christi, sub Missarum solempniis, ob memoriam passionis Christi, pro fidelibus defunctis, ter orationem Dominicam, & totiens salutationem angelicam oraverint, aut qui in singulis anniversariis, sive peractionibus *Burggravorum de Kirchberg* ordinatis, seu ritè instituendis, sub peractionum officio, pro defunctis Dominicam orationem persolverint, aut, qui peracto Missarum officio, Antiphone de B. Virgine decantari solitæ, nec non per totam quadragesimam decantationi laudum B. Mariæ Salve Regina, & in septimana sancta nocturnalibus officiis, aut funeris, quotiens aliquam persona ex dicta parochiali Ecclesia decedere contigerit, depositioni, seu Venerabilis Evcharistia Sacramento, quotiens illud ad infirmos, aut alia, rationabili causâ, extra dictam Ecclesiam deferri contigerit, delationi devotè interfuerint, & qui Sabbatinis diebus coram sculpta imagine B. Mariæ Virginis in dicta Ecclesia, in memoriam compassionis ejusdem, ter Pater noster & totiens Ave Maria cum devotione dixerint, pro singulis diebus, quibus præmissa, aut aliquod ipsorum, fecerint, centum dies de injunctis penitentiis eis misericorditer relaxamus in Domino præsentibus, perpetuis futuris temporibus duraturis. In quorum fidem præsentis literas fieri, nostrique sigilli jussimus appensione communiti. Datum Brunswig Hildesamensis Diœces. anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo tertio Non. Martii, Pontificatûs Sanctissimi in Christo Patris & Domini nostri Alexandri, divinâ Providentiâ Papæ sexti, anno undecimo.

V.

BULLA JOHANNIS, EPISCOPI SIDONENSIS,
SUPER CAPELLA IN MONTE S. GEREONIS FARN-
RODÆ 1507.

NOs Johannes, DEI & Apostolicæ Sedis gratiâ Episcopus Ecclesiæ *Sidonensis*, sacre pagine Professor, Reverendissimi in Christo Patris & Domini nostri, Domini *Jacobi*, eadem gratiâ Sacrosanctæ Moguntinæ Sedis Archi-Præfulis in Pontificalibus Vicarius Generalis, recognoscimus per præsentis, Quod Spiritûs S. gratiâ nobis cooperante, debitis adhibitis
solemni-

solemnitatibus, unam cappellam novam cum altari, in monte S. *Gereonis* structam, ad laudem & gloriam DEI Omnipotentis, nec non omnium Sanctorum, & specialiter Patronorum ad hoc electorum, videlicet in honorem Salvatoris nostri JESU Christi, Sanctorum *Gereonis* & Sociorum ejus, *Authorii*, *Heinrici*, *Bonifacii*, & Sociorum ejus, *Erasmi*, decem millium Martyrum, *Heinrici* & Sociorum ejus, *Kunegundis*, *Mariae Magdalene*, & undecim millium Virginum, consecravimus ac dedicavimus in villa *Verrode*. Volentes autem Christi fideles ad pietatis opera allicere, fatemur per presentes, quod omnibus & singulis Christi fidelibus, qui cum peccatorum contritione, & cum proposito vitam in melius emendandi, præfatam cappellam visitaverint, & quinque Pater noster ac totidem Ave Maria oraverint in festivitibus subscriptis, videlicet Nativitatis Christi, vel tribus diebus sequentibus, Circumcisionis Domini, Epiphaniæ, Palmarum, Parasceves, Pasce, aut quacunque aliâ die infra octavas Pasce, Ascensionis Domini, Penthecostes, vel tribus diebus sequentibus, Trinitatis, Corporis Christi, Michaëlis, omnium Sanctorum, Die animarum, diebus - - - - - Exaltationis, aut festivitibus quibuscunque Beatissimæ Virginis Mariæ, diebus omnium Apostolorum, diebus Patronorum Cappellæ & altarium videlicet infra scriptorum, aut diebus omnium Apostolorum, nec non die dedicationis cappellæ, quam annuatim in feriam sextam post Pasca institimus celebrandam, & per octavas ejusdem, vel qui propter structuræ & ædificii cappellæ & altarium conservationem, & ornamentorum ac aliorum necessariorum augmentationem, suas elemosinas ad fabricam ejus dederint, vel legaverint, aut manus adjutrices porrexerint. Quicumque quotiescunque aliquid prædictorum fecerit, Nos de Omnipotentis DEI gratia, & Sanctorum Apostolorum Petri & Pauli ac S. Martini, nostrorum Patronorum, meritis confisi, ipsis & cuilibet ipsorum quadraginta dies indulgentiarum cum una catena, de injunctis eis poenitentis misericorditer in Domino relaxamus. Datum anno Domini Millesimo quingentesimo septimo, die verò vicesimâ quintâ Mensis Maji, sub nostri sigilli appensione.

Georgius Bonemilch, Notarius.

VI.

LITERÆ FF. ORD. TEUTON., DECIMAM
IN EYLSTORP CONCERNENTES, 1508.

*W*y Broder Marten von Topphern / Stadtholder der Wallis
Wgen in Sassen tuischen Ordens / und wy Claus von Wulffen /
(Ddd) Johannes

Johannes Martini, Marten Jänß / Valentin Steynern / Dorchard Siverdes / Hans Schenewiß / Johann Scroder / und Johannes Woltwyß / Huis Compters und Ridder / Bröder des tütschen Ordens und Ballge / we boven geschreven / bekennen und betügen openbar in düßem Breve vor Uns / unsern ganzen Orden / unse Nakommelingen / und vor als weme / dat wy eindrechtiglikē mit samter Hand hebben recht und redeliken vorkopt und vorkopen segenwerdigen in Krafft düßes Breves / den Verdigen und geistliken Herrn Herrn Hermanno, Abbeten / Bernardo Priorn / und ganz Convent des Klosters to Huysborch Ordens Sante Benedicti, Halvorstädtisches Bischofms / und allen ören Nakomelingen / unsern ganzen Legeden to Eilstorp fry / ledig und lohs / von als wenn im Dorp und Velde / wo man den nöhmen mag / Fleiß / Legenden und Korn / Legenden / mit aller Tobehöringe / nichts utbescheden / vor 1800. gude vullwichtige rynsche Gölben / de wy an redem barem Golde von önen enifangen / und de voort in Unsers Ordens nütch und frommen wittliken gebracht hebben / Und wy alle / setten de vorgennönten Herrn und öre Nakomlinge in de raumelike besittinge / brucke und wehre in aller Weise / asse wy den Legenden hebben von older gehabt und hebben wente an dyse Tyd / alles Rechtes geistliken und werltliken un bekümmert anc jenich Hinternisse / Hülpcrede / nye Fünde / effe Argeliff &c. Alle Puncten und Article düßes Breves same und besunders löwen Wy Stadtholder und Bröder alle vor gut dem Verdigen und Geistliken Herrn Hermanno, Bernhardo Prior, und ganzen Convent des Klosters to Huysborch / und ören Nakomelingen / stede und veste unvorbrocken / sänder jenigerly Argeliff / Behelp / effe nye Fünde woltohaltende: Des to vorderen und vasteren geloven hebben Wy Bröder Marten von Topphern Stadtholder unses Amtes der Balligen Jungesegel / und wy Claus von Wulffen / Johannes Martini &c. same und besunders Unser Ordens Hufes Jungesegel eindrechtiglikē / beneben Unses Herrn Stadholders und Överen Jungesegel / benedden an düßen Brev wittliken ihon hengen / Gegeben in dem Jahre Unses Herrn / als man schreff Bestteinhundert und acht Jahre des Dienstags naa Wallborgis.

VII.

FORMULA DISPENSATIONIS APOSTOLICÆ,
CONJUGIUM SIGISMUNDI COMIT. ET MARGARETÆ REUSSIN DE PLOUEN CONCERNENS,
1518.

Albertus, DEI & Apostolicæ Sedis gratia Moguntinensis & Magd. Archi-Episcopus, & Halberstatensium Ecclesiæ Administrato, Germaniæ Primas, & S.R.I. Archi-Cancellarius, & Princeps Elector &c. & frater *Alexander Molitoris*, Ordinis Minorum de observancia, Conventus Moguntinensis humilis Gvardianus, Sacratissimarum Indulgentiarum, gratiarum & facultatum, in favorem & commodum fabricæ basilicæ S. Petri de urbe, per Sanctissimum in Christo Patrem & D.N. Dominum *Leonem*, divinâ providentiâ Papam X. ad Mogunt. & Magdeburg. Provincias concessarum, Nuncii & Commissarii auctoritate Apostolica specialiter deputati. Reverendo in Christo Patri Episcopo *Ascalonensi* salutem in Domino. Oblatæ nobis nuper pro parte dilectorum in Christo *Sigismundi*, *Burggravi* in *Kirchberg*, & *Margaretha Reussin de Ploauen* mulieris, conjugum, nostræ Mogunt. Diœcesis, petitionis series continebat, quod olim ipsi non ignorantes, se tertio consanguinitatis gradu conjunctos, matrimonium inter se per verba, de præsentis de facto contraxerunt, carnali copulâ minimè subsequuta. Cum autem in hujusmodi matrimonio remanere non possint, canonica dispensatione desuper non obtentâ, & sicut eadem subjungebat petitio, si divorcium perpetuum fieret inter eos, gravia exinde scandala verisimiliter exoriri possent, Nobis humiliter supplicari fecerunt conjuges antedicti, quatenus ipsis de debitæ absolutionis beneficio ac opportuna dispensationis gratia benignè providere dignaremur, Nos, qui cunctorum Christi fidelium animarum salutem quærimus, & scandalis, ne eveniant, libenter obviamus, circumspeditioni Vestræ auctoritate Apostolicâ, quâ, quoad hæc, speciali per literas Sanctissimi D. N. Papæ facultate muniti fungimur, committimus & mandamus, quatenus Conjuges antedictos, si id humiliter petierunt, ab *excommunicationis* sententia, quam propter præmissa incurrerunt, hac vice duntaxat absolvatis in forma Ecclesiæ consveta, injunctis inde eis, pro modo culpæ pœnitentia salutari, quodque de cetero talia non committent, nec ea committentibus præstabunt auxilium, consilium, vel favorem, & aliis, quæ de jure fuerint injungenda. Demum si est ita cum Conjugibus prædictis, ipsis ad tempus, de

(Ddd) 2 quo

quo Vobis videbitur, ab invicem separatis, ut, tertii consanguinitatis gradus impedimento hujusmodi non obstante, matrimonium de novo contrahere, & in eo, postquam contractum fuerit, licite remanere valeant, dummodo dicta Mulier propter hoc ab aliquo rapta non fuerit, dictâ auctoritate vice nostrâ in utroque foro dispensetis, suscipiendam ex hujusmodi matrimonio prolem legitimam decernentes. In quorum fidem præsentis literas fieri, sigilli que fabricæ prædictæ, quo in talibus utimur, jussimus appensione muniri. Datum Moguntia anno Incarnationis Dominicæ MDXVIII. XVI. KL. Augusti, Pontificatus S. D. N. Papæ præfati anno VI.

